Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



25

De penitentia Eusebii et theognii.

Eusebius igitur et theognius peni Socrates xvii
tentie libellum summis episcopis diri
gentes. ab exilio reuocati sunt. imperiali
precepto. et suas ecclesias receperunt. expel
lentes eos qui in eorum locis fuerant or
dinati. idem eusebius amphionem. cristum
uero theognius. Cuius libelli exemplar hoc
est. Dudum quidem ante iudicium condempna
ti a reuerentia uestra patienter ferre que
decreta sunt a sancto concilio uestro debuimus.
sed quia nimis absurdum est contra nos
metipsos dare calumpniatoribus de ta
citurnitate probationem propterea refe
rimus. quoniam et nos in fide una concur
rimus. et sensum examinantes de consub
stancialitatis sermone cuncti paci
ficati sumus. nequaquam sequentes he
resim. sed commemorantes ad cautelam
ecclesiarum que nostre subueniebant mentis.
et satis facientes eis quibus pro nobis sua
deri debuerat. in fide subscripsimus.
anathematismo autem non subnotaui
mus. non tamquam fide accusantes.
sed ut uelut non credentes talem esse
eum qui accusatus fuerat. certi de eius
ad nos directis epistolis. et inter nos
disputationibus habitis. Si igitur satis
factum est sancto uestro concilio. non reluctan
tes sed consentientes decretis uestris.
etiam hac descriptione satis facimus
uobis. non exilium grauiter ferentes.
sed suspicionem abicientes hereseos.
Si enim dignamini nunc in uultu uos
uestro recipere. habebitis in omnibus consonan
tes. et uestra sequentes partem constituta.
quando etiam eum qui in his accusatus est.
placuit uestre reuerentie clementiam
promereri. atque reuocari. Absurdum
namque est. si is qui putatur esse reus
reuocatur. ad satis faciendum in quibus ei
derogabatur. ut nos contra nos metip
sos prebeamus per taciturnitatem increpati
onis iudicium. Dignamini igitur si conue
nit uestre uenerationi. et deo amantis
simum principem commonere. et preces
tractare nostras. et uelociter de nobis que
uobis conueniunt cogitare. Hic quidem
libellus est reuersionis eusebii et theog
nii. ex uerbis autem eius conitio. quia isti quidem
dictate fidei subscripserunt. dampnatio
ni uero arrii consentire noluerunt. Et quomodo
arrius ante istos reuocatus agnoscitur.
sed licet hoc ita se habere uideatur. tamen
alexandriam accedere prohibitus est. Hoc
autem ostenditur ex eius cogitationibus.
quas postea molitus inuenitur. figmen
to penitentie sue sicut oportune
patefiet. Socrates. xviii.

Imperator interea post concilium
degebat letus. Celebrata igitur festiuita
te publica uicennalium suorum. mox
ad erigendas ecclesias festinus accessit. hoc
que faciebat per singulas ciuitates. et in
urbe cognominis sui. Sohomenus.

Nam cum ei omnia prospere cederent.
propriam uoluit habitare ciuitatem.
ueniensque ad campum ante ilium
positum uixta ellespontum super ean
tis tumulum. ubi achiui contra troiam
pugnantes habueruit. castra ciui
tatem designauit. portasque fecit. que
actenus uidentur a nauigantibus. Hec
igitur agenti. per noctem deus apparuit. monens
ut alium quereret locum. eumque mo
uens ad byzantium trachie. illic eum ha
bitare iussit. Socrates.

Que cum primitus bizantium uocaretur
auxit. et maximo eam muro circum
dedit. et diuersis ornatam fabricis equam